

*ribus, & conscientiae magis
aptam in Domino judicaverint;
cum & juxta Societatis pri-
vilegia dimitti ab ea hi po-
terant non alia de causa præ-
ter eam, quam Superiores pru-
dentiæ, & circunstantiis ma-
gis conformem putarent, nul-
la præmissa citatiore, nullis
confectis actis, nulloque judi-
ciario ordine servato.*

*Omnibus autem Sociis ad
sacros Ordines promotis ve-
niā facimus, ac potestatem,
easdem domos, aut Collegia
Societatis deserendi, vel ut
ad aliquem ex regularibus Or-
dinibus a Sede Apostolica ap-
probatis se conferant, ubi
probationis tempus a Concilio
Tridentino præscriptum de-
bebunt explere, si votorum sim-
plicium professionem in Socie-
tate emiserint, si vero sole-
mnum etiam votorum per sex-
tantum integros menses in pro-
batione stabunt, super quo
benigne cum eis dispensamus,
vel ut in sæculo maneant tam-
quam Præbyteri, & Clerici
Sæculares sub omnimoda, ac
totali obedientia, & subje-
ctione Ordinariorum, in quo-*

del vínculo de los votos sim-
ples, para tomar el modo de
vida, que cada uno juzgare mas
apto en el Señor, según su vo-
cacion, fuerzas y conciencia;
siendo así que aun por los pri-
vilegios de la Compañía po-
dían ser echados dichos indivi-
duos de ella, sin mas causa que
la que los Superiores juzgasen
mas conforme á prudencia, y
á las circunstancias, sin prece-
der ninguna citacion, sin for-
mar proceso, y sin guardar
ningun orden judicial.

27 Y á todos los indivi-
duos de la Compañía, que se
hallen promovidos á los Sa-
grados órdenes, concedemos
licencia y facultad, para que
salgan de dichas Casas, ó Co-
legios de la Compañía, ya sea
para pasar á alguna de las ór-
denes Regulares aprobadas por
la Silla Apostólica, donde de-
berán cumplir el tiempo del
noviciado prescrito por el Con-
cilio Tridentino, si han hecho
la profesion con los votos sim-
ples en la Compañía, y si la
hubiesen hecho con los votos
solemnnes, estarán en el novi-
ciado solo el tiempo de seis me-
ses íntegros, en lo qual usan-
do de benignidad dispensamos
con ellos; ó ya para permane-
cer en el siglo, como Presbíte-
ros,

